In ill'. Dixit ihc. d. s. Si q̄s Secundum lucam.
uult post me uenire: abneget semet
ipsum. et tollat crucem suam & sequatur
me. Qui enim uoluerit aīam suā
saluam facere. perdet illam. Nam qui
perdiderit aīam suam ppt me: saluā
faciet illam. Quid enim pficit hō
si lucretur uniuersum mundum se
autem ipsum pdat: et detrimentū sui
faciat. Nam qui me erubuerit et
meos sermones: hunc filius hominis
erubescet cum uenerit in maiestate
sua: et patris et scōrum angelorum. Dico aūt
uob. uere sunt aliqui qui nō gusta
bunt mortem: donec uideant reg
num dei. Secundum matheum.
In ill'. Dixit ihc d. s. Nichil opertum
quod non reueletur. & occultum qđ nō
sciatur. Qđ dico uob in tenebris: dici
te in lumine. Et qđ in aure auditis:
predicate sup tecta. Et nolite timere
eos qui occidunt corpus: aīam autē
non possunt occidere. Sed potius eum
timete: qui potest animā et corpus
perdere in gehennam. Nonne duo pas
seres asse ueniunt. et unus ex illis non
cadet sup terram sine patre uro. Uestri
autem capilli capitis omēs numerati
sunt. Nolite ergo timere. multis passe
ribus meliores estis uos. Omnis enī
qui confitebitur me coram hominibus:
confitebor et ego eum coram patre
meo. qui in celis est. Secundum lucam.
In ill'. Dixit ihc d. s. Si quis uenit
ad me & non odit patrem suum: et
matrem. et uxorem. et filios. et fratres
et sorores. Adhuc autem et aīam
suam: non potest meus esse discipulus.
Quis enim ex uob uolens turrim
edificare. nonne prius sedens computat
sumptus qui necessarii sunt si
habet ad pficiendum. ne postquam
posuerit fundamentū & nō potuerit
pficere. Omnes qui uident incipiant
ei illudere et dicentes. quia hic homo
cepit edificare & non potuit con
summare. Aut quis rex iturus
bellum aduersus alium regē committere:
nonne sedens prius cogitat. si possit
cum decem milibus occurrere ei qui
cum uiginti milibus uenit ad se.
Alioquin adhuc illo longe agente:
legationem mittens rogat ea que
sunt. Sic ergo omnis ex uob qui nō
renuntiat omnibus que possidet:
non potest meus eē discipulus. Secundum
In ill'. Dixit ihc discipulis s. iohem.
Amen amen dico uob. Nisi granum
frumenti cadens in terram mortuū
fuerit: ipsum solum manet. Si aūt
mortuū fuerit: multum fructum
affert. Qui amat aīam suam pdet
eam. Et qui odit aīam suam in hoc
mundo: in uitam eternam custodit

eam. Si quis m(ihi) ministrat: me se
quatur. Et ubi ego sum: illic et mi
nister meus erit. Si quis michi
ministrauerit: honorificabit eum
pater meus qui est in celis. Secundum lucam.
In illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Ponite in
cordibus uestris non premeditari: quem
admodum respondeatis. Ego enim
dabo uobis os et sapientiam cui non
poterunt resistere et contradicere omnes
aduersarij uestri. Trademini autem a
parentibus. et cognatis. et fratribus. et
amicis. et morte afficient ex uobis.
Et eritis odio omnibus hominibus
propter nomen meum: et capillus de capi
te uestro non peribit. In patientia uestra:
possidebitis animas uestras. Off.

In virtute tua domine letabitur iustus et super salutare tuum et exultabit uehementer desiderium anime eius. tribuisti e... i. Off. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso. Vitam petiit a te et tribuisti ei.

Secreta. Presentia munera quesumus domine ita serena pietate intuere. ut sancti spiritus infundantur benedictione: et in nostris cordibus eam dilectionem ualidius infundat. Per.

Alleluia. In quam sanctus martir. V. Omnia corporis tormenta deuicit. p. Co.

Qui uult uenire post me abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Ite. Co.

Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso. Ite. Co.

Qui michi ministrat me sequatur

de illo exibat et ſanabat omnes.
Et ipſe eleuatis oculis dicebat in
diſcipulos ſuos. Beati pauperes: quoniam
ueſtrum eſt regnum dei. Beati qui nunc
eſuritis: quoniam ſaturabimini. Beati
qui nunc fletis: ridebitis quoniam. Beati
eritis cum uos oderint homines: et
cum ſeparauerint uos et exprobrauerint
et eiecerint nomen ueſtrum tamquam
malum: propter filium hominis. Gau
dete in illa die. et exultate. Ecce enim
merces ueſtra: multa eſt in celo. secundum
In illo tempore: Cum audieritis lucam.
prelia et ſeditiones: nolite terreri.
Oportet enim hec primum pati: ſed
non dum ſtatim finis. Tunc dicebat
illis. Surget gens contra gentem.
et regnum aduerſus regnum: et terre
motus magni per loca: et peſtilentie.
et fames. terroreſque de celo: et ſigna
magna erunt. Sed ante hec omnia
inicient uobis manus ſuas: et perſe
quentur tradentes in ſynagogas et
cuſtodias trahentes ad reges et pre
ſides propter nomen meum. Continget
autem uobis in teſtimonium. secundum lucam
In illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Attendite a
fermento phariſeorum: quod eſt ypo
criſis. Nichil enim eſt opertum quod
non reueletur: et occultum quod non
ſcietur. Quoniam que in tenebris dixi
ſtis: in lumine dicentur. Et quod

in aure locuti eſtis in cubiculis:
predicabitur in tectis. Dico autem
uobis amicis meis ne terreamini
ab hiis qui occidunt corpus: et poſt
hec non habent quid faciant. Oſten
dam autem uobis: quem timeatis.
Timete eum qui poſtquam occiderit:
habet poteſtatem mittere in gehen
nam. Nonne quinque paſſeres ueneunt
diſpendio: et unus ex illis non eſt
in obliuione coram deo. Sed et capilli
capitis ueſtri omnes numerati ſunt.
Nolite ergo timere: multis paſſeribus
pluris eſtis. Dico autem uobis. Omnis
quicumque confeſſus fuerit me coram
hominibus: et filius hominis con
fitebitur illum coram angelis dei. secundum
In illo tempore: Videns ihesus turbas: matheum.
aſcendit in montem. Et cum ſediſ
ſet: acceſſerunt ad eum diſcipuli
eius: et aperiens os ſuum docebat eos
dicens. Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum
eſt regnum celorum. Beati mites: quoniam
ipſi poſſidebunt terram. Beati qui
lugent: quoniam ipſi conſolabuntur.
Beati qui eſuriunt et ſitiunt iuſti
ciam: quoniam ipſi ſaturabuntur. Beati
miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſe
quentur. Beati mundo corde: quoniam
ipſi deum uidebunt. Beati pacifici:
quoniam filii dei ipſi uocabuntur. Beati
qui perſecutionem patiuntur propter

Finland 1563 n:8

…uestram. qui ipsorum est regnum
celorum. Beati estis cum maledixerint
uobis homines. et persequti uos fue-
rint. et dixerint omne malum ad-
uersum uos. mentientes propter me.
Gaudete in illa die et exultate: quo-
niam merces uestra: copiosa est in celis. Secundum
marcum. In illo tempore: Egrediente ihesu
de templo: ait illi unus ex discipulis
suis. Magister aspice quales lapi-
des et quales structure. Et respon-
dens ihesus ait illi. Vides has omnes
edificationes. Non relinquetur
lapis super lapidem: qui non destru-
atur. Et cum sederet in monte oli-
uarum contra templum: interrogabant
eum separatim petrus et iacobus: et
andreas et iohannes. Dic nobis
quando ista fient: et quod signum erit
quando hec omnia incipient con-
summari. Et respondens ihesus cepit
dicere illis. Videte ne quis uos se-
ducat. Multi enim uenient in
nomine meo dicentes quia ego sum:
et multos seducent. Cum autem
audieritis bella et opiniones bello-
rum: ne timueritis. Oportet enim
hec fieri: sed non dum est finis.
Exurget autem gens super gentem:
et regnum aduersus regnum. Et
erunt terremotus per loca et fames.
Initium dolorum hec. Videte autem
uosmetipsos. Tradent enim uos
in conciliis. et in synagogis uapu-
labitis: et ante reges et presides stabi-
tis propter me in testimonium illis.
Et in omnes gentes primum oportet
predicari ewangelium. Et cum
duxerint uos trahentes: nolite
precogitare quid loquamini: sed
quod datum fuerit uobis in illa
hora. id loquimini. Non enim uos estis
loquentes: sed spiritus sanctus. Tradet autem
frater fratrem in mortem. et pater filium.
Et surgent filii in parentes: et
morte afficient eos. Et eritis odio
omnibus hominibus: propter nomen me-
um. Qui autem sustinuerit usque
in finem: hic saluus erit.
In illo tempore: Loquente ihesu ad turbas
ecce mater eius et fratres foris stabant
querentes loqui ei. Dixit autem ei
quidam. Ecce mater tua et fratres tui
foris stant: querentes te. Et ille
respondens ait. Que est mater mea
et qui sunt fratres mei. Et exten-
dens manus suas in discipulos
suos dixit. Ecce mater mea et fratres
mei. Quicumque fecerit uoluntatem
patris mei qui in celis est: ipse me-
us frater: et soror et mater est. Matheum
In illo tempore: Accesserunt ad ihesum pha-
risei temptantes eum: et dicentes.
Si licet homini dimittere uxorem